

Videndum ergo est ⁷ quid sit regimen, et unde dicatur; deinde quid sit civitas et quare et ad quid inventa fuit, et quid sit potestas, preses, consul, et rector, et unde dicatur; et postmodum de aliis tractabimus diligenter ⁸.

* I. — Quid sit regimen ⁹.

Regimen est gubernatio quedam, qua civitas gubernatur et regitur. « Et quidem ¹⁰ in initio romane civitatis populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit, omniaque manu a regibus gubernabantur » ⁽¹⁾. Ecce quod exposui: de qua gubernatione dicit Justinianus Imperator in Authenticis: « Et sicut navis malo et temone a nauta gubernatur, sic civitas iustitia et iure a preside sive potestate vel rectore gubernatur et regitur, et sine hiis perire sepe solet »; unde versus:

Absque ratis malo nauta perire solet.

Vel dici potest regimen substantatio quedam, qua substantatur homo, et tenetur homo sicut equus freno: equus enim prave agilitatis et levitatis tenetur freni maturitatis et gravitatis, et sine eo sepe perire solet ¹¹:

Et solet in preceps cedere liber equus.

Vel dicitur regimen temperies quedam, que adhibetur immodice sevientibus ut ibi: « Iudiciis enim immodice ¹² sevientibus freni temperies adhibenda est ».

Vel est regimen moderatio quedam, qua moderatur homo seu deprimitur a malo ¹³, sicut equus ab equite freno.

Perdit ¹⁴ enim cursum non moderatus equus.
Sepe gula moritur, ni reprimatur equus.

(¹) ut ff. de origine iuris, l. j (l. 2, 1: « Facturus legum vetustarum interpretationem, necessario prius ab urbis initis repetendum existimavi, non quia » etc.). — (²) (Horat. Ep. 1, 2, 40). — (³) ut ff. de origine iuris, l. ij, circa principium (l. 2, 2: « Et quidem initio civitatis nostras » etc.; Gloss. Accursii: « civitatis nostras, scilicet romane »). — (⁴) David (CXXIV, 4). — (⁵) Psalmus (II, 9). — (⁶) (Cod. 1, 1). — (⁷) ut ff. de muneribus et honoribus, l. honor, in principio (l. 4, 14). — (⁸) (Dig. l. 16, 239: « Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei causa moenia sunt constituta »). — (⁹) ut ff. de

¹ A. de civitatibus inquirere. — ² A. incipi debere. — ³ A. quia. — ⁴ in om. A. — ⁵ Codd. potentissima. — ⁶ L. facti facti; bene add. A. — ⁷ A. est pro. — ⁸ A. tractabimus de aliis: l.

Vel est regimen custodia plenissima, qua civitas custoditur, ut ibi: « Nisi dominus custodierit civitatem » etc. ⁽⁴⁾. Et alibi: « Nichil quod sancitur, nisi custodiam habeat competentem, poterit servari decenter ».

Vel ponitur regimen in propria ¹⁵ significatione, ut ibi: « Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes ¹⁶ eos » ⁽⁵⁾. Et ibi: « Cunctos populos quos nostre clementie regit imperium » et cet. ⁽⁶⁾.

Et dicitur regimen ¹⁷ a rego regis; inde rex et rector qui regit. Vel dicitur regimen administratio ¹⁸, seu ille « honor municipalis qui est administratio rei publice cum dignitatis gradu, sive cum sumptu sive sine erogatione contingens » ⁽⁷⁾.

* II. — De interpretatione civitatis.

Civitas autem dicitur civium libertas sive habitantium ¹⁹ (im)munitas, sicut in opido dicitur: eius enim rei ²⁰ (causa) media sunt constituta ut sint in auxilium inhabitantibus ⁽⁸⁾. Et est sincoptatum hoc nomen civitas, et sic supradicta interpretatio fit a tribus sillabis, quas in se continet civitas, scilicet ci et ²¹ vi et tas; ci idest citra, vi pro vim, tas idest habitas. Inde civitas, idest citra vim habitas. Habitatio enim est ibi sine vi, quoniam preses civitatis, quia « potentioribus pares esse non possumus » ⁽⁹⁾, tuebitur humiliores viros ne a potentio || ribus viris iniuriis afficiantur ⁽¹⁰⁾. Item « non oportet opprimi aliquem per adversarii sui potentiam: hoc enim si esset, etiam ad invidiam eius qui provincie preest, spectat » ⁽¹¹⁾. Item cum domus cuique tutissimum refugium sit et receptaculum, nemo invitus inde extrahi debet, nec est verisimile aliquem in urbe metu violento compelli et cet. ⁽¹²⁾. Item vere dicitur (im)munitas, quia muris et turribus eiusdem civitatis muniuntur et tuentur habitantes in ea ab hostibus et inimicis ²².

* III. — De adinventione civitatum ²³:

Civitates autem ad hoc invente fuerunt sive constitutae: non dico de civitate sancta Ierusalem celesti, que dicitur civitas magna, civitas dei nostri, cuius

alienatione iudicii mutandi causa facta, l. ematibus, in principio (cov. l. quia, IV, 7, 3). — (¹⁰) (Dig. l. 18, 6: « ne potentiores viri humiliores iniuriis afficiant »). — (¹¹) ut ff. de officio proconsulis, l. nec quicquam, s ultimus (l. 16, 9). — (¹²) ut ff. de in ius vocando, l. plerique (II, 4, 18: « Plerique putaverunt nullum de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit »; II, 4, 21: « Sed etiam is qui domi est interdum vocari in ius potest, tamen de domo sua necno extrahi debet »). —

om. L. — ¹¹ unde versus... solet om. A. — ¹² A. in iudicio. — ¹³ A. vel d. a malis. — ¹⁴ L. perdat. — ¹⁵ A. prima. — ¹⁶ A. vas figuli etc. — ¹⁷ regimen om. L. — ¹⁸ L. a ministerio. — ¹⁹ L. habitationum. — ²⁰ L. om. rei. — ²¹ et om. L. — ²² L.

interpretationem relinquo theologicois et divinis, quoniam non est meum ponere os in celum: sed dico de civitatibus huius seculi, que constitute fuerunt ¹ ut quisque sua teneret, et non esset sollicita sue rei cuiusque custodia; unde Tullius: « In primis autem videndum erit ei ², qui rem publicam administra(bi)t, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum publice diminutio fiat ³. Capitalis oratio ⁴ est ad equationem omnium ⁵ bonorum pertinens (1): qua peste quo ⁶ potest esse maior? Hanc ob causam enim maxime, ut sua tenerent, res publice civitatesque constitute sunt. Nam etsi duce natura congregabantur homines, tamen etiam spe custodie rerum suarum, urbium presidia querebant » (2). Idem Tullius: « Id enim est proprium civitatum atque urbium ⁷, ut sit libera et non sollicita sue rei cuiusque custodia » (3). Plato autem, summe prudentie et auctoritatis apud Grecos, instituit quemadmodum civitas bene ac beate habitari possit ⁸. « Urbs vero dicitur ab urbo, id est aratro; urbare autem est aratro diffinire. Oppidum vero ab ope dicitur ⁹ » (4). Nec mireris de nova nostra diffinitione civitatis, collecta sive extracta ex tribus sillabis; nam et Roma composita est ex duabus sillabis extractis de nominibus duorum regum, qui urbem romanam fundaverunt, scilicet Romulus et Numma: prima enim sillaba nominis Romuli est Ro, ultima vero sillaba nominis Numa est ma. Inde appellatur Roma; quod nomen, si convertatur, erit amor propter nimium amorem quem illi duo reges habuerunt circa illam et in illa urbe: ille quidem, Romulus, civitatem ¹⁰ edificans; iste ¹¹ autem ¹², Numa, eam legibus ordinans et exornans: quod probatur et colligitur aperte veteri iure et novo. Et vere Romulus primam sillabam Romae optinuit, quia prior fuit tempore, et « qui prior est tempore potior est iure » (5).

* IV. — De interpretatione potestatis ¹³.

Potestas etiam ¹⁴ dicitur a potentia et potestate sibi tradita seu data ¹⁵, qua preditus est vel preest aliis. Inde dicitur potestas, quasi potens stans, vel in potestate constans, sive potens statuens ¹⁶; quia a potestate sibi datur. Dixit Christus Pilato: « Potestatem in me non haberes quicquam, nisi || datum esset tibi desu-

(1) id est ubi equales sunt et unius status. — (2) Tullius (De off. II, 73). — (3) Tullius (De off. II, 73). — (4) (Dig. I, 10, 230). — (5) (Glossa Accursii Dig. XX, 4, 11). — (6) (Ioh. XI, 11). — (7) (Psalm. CXI, 2). — (8) (Sapient.

¹ non dico... fuerunt om. A — ² ei om. L. — ³ Cicero: diminutio fiat. Perniciose enim Philippus in tribunatu, quam legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est et in eo vehementer se moderatum praebebat, sed quum in agendo multa populariter tum illud male, non esse in civitate duo milia hominum qui rem haberent! Capitalis etc. — ⁴ Codd. omnino. — ⁵ omnium om. L. — ⁶ L. petere non. — ⁷ A. civitatis atque urbis. — ⁸ L. posset. — ⁹ A. om. dicitur. — ¹⁰ L. add. con-

per » (6). Quod autem a potentia dicitur potestas, habetur ut ibi: « Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum » etc. (7). Unde colligitur ex hoc et ex eo quod dicitur in libro Sapientie: « Omnis potestas a domino deo est » (8), quod hoc nomen potestas a deo primum inventum fuisset; et probat hoc Apostolus cum dicit: « Qui potestati resistit, ordinationi dei resistit » (9); et in ff. de officio proconsulis, l. nec quicquam, § observare (10); Cod. de officio Praefecti Urbis, l. j et ij (11); C. si quacumque preditus potestate (12); ff. de officio praesidis, l. ij (13). Quod a potestate, qua preditus est, vel preest aliis dicitur; ut C. si quacumque preditus potestate (14). Hoc autem nomen potestas in iure reperitur, et hoc cum sequentibus ¹⁵ nominibus nomen est seu nomina sunt dignitatis.

* V. — De interpretatione consulis ¹⁶.

Dicitur vero consul ¹⁶, quia ¹⁷ valde consulit rei publice. Quare autem antiquitus inventi fuerint consules, et a quibus premissi ¹⁸ sint ¹⁹ civitatibus, et a quo magnates viri romani appellent ²⁰ se consules Romanorum, et quando immortalem consulatum rei publice statuit Imperator, non est hic necesse prosequi, cum satis inde plenarie tradatur doctrina in Aut. et in O. de consulis (15).

* VI. — De rectore ²¹.

Rector autem dicitur a regendo, et quasi generale nomen est; nam et preses appellatur rector provincie, ut fere per totum titulum habetur in Cod. de officio rectoris provincie (16).

* VII. — De preside.

« Presidis autem nomen generale » (17); pertinet enim ¹⁸ ad omnes qui provinciam regunt; et dicitur preses qui preest aliis, sicut omnes alii qui preditus sunt potestate, regentes provinciam vel civitates.

* VIII. — De magistratu.

De magistratu autem municipali ¹⁹ supra dictum est in tractatu civitatum, et tractatus speciales sunt inde; ideoque ipsam materiam non est necesse hic prosequi.

VI, 4). — (9) (Paul. Rom. XIII, 2). — (10) (Dig. I, 16, 9). — (11) (Cod. I, 28). — (12) (Cod. V, 7). — (13) (Dig. I, 16). — (14) (Cod. V, 7). — (15) (Nov. XCV; Cod. XII, 3). — (16) (Cod. I, 40). — (17) ut ff. de officio praesidis, l. j (I, 18). —

struxit. — ¹¹ L. illo. — ¹² L. add. scilicet. — ¹³ L. potestatum. — ¹⁴ L. Potestates. — ¹⁵ seu data om. A. — ¹⁶ reliqua huius capituli om. A. — ¹⁷ verba cursive littera impressa L. in margine inferiore habet. — ¹⁸ L. consequentibus. — ¹⁹ A. de consule. — ²⁰ A. Consul dicitur. — ²¹ A. qui. — ²² Codd. permissi. — ²³ L. sunt. — ²⁴ L. appellant. — ²⁵ L. consule. — ²⁶ L. autem. — ²⁷ L. Magistratus enim municipalis; A. magistratus municipalis. —